Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Johan

Si ergo me quæritis sinite hos abire ut impleat sermo quem dixit
Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam Simon ergo
petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis servum et
abscidit auriculam eius dexteram Erat autem nomen servo malchus Dixit
ergo iesus petro Mitte gladium tuum in vaginam Calicem quem dedit mihi pa
ter non bibam illum Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum
comprehenderunt iesum et liguerunt eum et adduxerunt ad annam
primum Erat enim socer Caiphe qui erat pontifex anni illius Erat
autem Caiphas qui consilium dederat iudeis quia expedit unum homi
nem mori pro populo Sequebatur autem iesum Simon petrus et alius disci
pulus Discipulus autem ille erat notus pontifici et introiuit cum iesu
in atrium pontificis Petrus autem stabat ad hostium foris Exiuit ergo
discipulus alius qui erat notus pontifici et dixit hostiariæ et intro
duxit petrum. Dixit ergo petro ancilla hostiaria Nunquid et tu
ex discipulis es hominis istius. Dicit ille Non sum Stabant autem ser
ui et ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebant se Erat
autem et petrus cum eis stans et calefaciens se Pontifex autem interro
gabat iesum de discipulis eius et de doctrina eius Respondit
ei iesus. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in sy
nagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt et in occulto locutus sum
nihil Quid me interrogas. Interroga eos qui audierunt quid lo
cutus sum eis. ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc cum dixisset unus
assistens ministrorum dedit alapam iesu dicens. Sic respondes
pontifici Respondit ei iesus. Si male locutus sum testimonium phi
be de malo. si autem bene quid me cedis Et misit eum annas
ligatum ad Caiphan pontificem Erat autem Simon petrus stans
et calefaciens se. Dixerunt ergo ei Nunquid et tu ex discipulis eius
es. Negauit ille et dixit Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontifi
cis cognatus eius cui abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vi
di in horto cum illo Iterum ergo negauit petrus. Et statim gallus cantauit
Adducunt ergo iesum a Caiphan in prætorium Erat autem mane. et ipsi
non introierunt in prætorium. ut non contaminarentur sed ut manducarent
pascha. Exiuit ergo ad eos pilatus foras et dixit Quam accusa
tionem affertis aduersus hominem hunc Responderunt et dixerunt ei